



GAUDEO
John Carter Brown
Library
Brown University

# Situs orbis Dionisij Ruffo auieno interprete.



REVERENDISSIMO IN CHRISTO PATRI AC DOMINO D. STANISLAO OLOMVCENSI EPISCOPO CVSPINIANVS S P D.

Ruffus festus Auienus qui tpibus dioclitiani Caes: claruit post Arati Phaenomena: Periegesin quoq Dionisii Punici poetae ex ityca tyriorũ colonia uel ut alii ex bizante orti siue Corinthii Suida teste tamquã Paraphrastes latinitate donauit ut coeli terraeq superficiẽ depingeret studiosis quod felicissime praestitisse fatebit quisqs Aratũ ac Dionysiũ Ruffo interpte sed emaculato castigatoq ac ppurgato lectitabit. Adhibui operã Reuerẽdissime antistes ut hoc de situ orbis opus: iã pluribus annis nõ lacerũ mõ ac singulis pene carminibus deprauatũ sed integris quoq chartis inuersum (quod nemo hactenus aiaduertebat) emũctũ ac castigatũ tuo auspicio pdiret in lucẽ ut & auctor Dionysius & Ruffus metaphrastes opẽ nrãm: quãtulacũq sit hec: sentiret. Attulit mihi ad hãc exequendã suppetias Aldus Manutius uir de utraq lingua benemeritus: qui me greco Dionysii uenerãde uetustatis exẽplari donauit: exquo errata pluria detersi. Quod facile intelliges cũ seuerioribus studiis semotis: succisiuis horis terras ac maria cognoscere ex hoc Dionysio tua R. P. uoluerit. Vertit & hũc in latinũ Priscian9 Cesariẽsis insignis grãmaticus uel ut alii uolũt Rhẽnius fannius. Nrã aũt etate Antonius Becharia Veronensis: lege carmis non obseruata. Cõtulimus hos oẽs & nrãs quoq annotatiões descripsimus in cõmẽtariolũ: quãquã eustathiũ iter grecos in dionysiũ hoc fecisse nõ ignorem9 Tñ plima seculo nro sũt & inuẽta loca prius ignota & a scriptorib9 uetustissimus neglecta: q prope diẽ tuae R. P. mittã. Interim tuũ agnosce clientẽ deditissimũ & hoc amoris pignus a me suscipe frõte qua soles serena. Vale & me cõmendatũ habeto.

# DIONISII PERIEGESIS .I. SITVS ORBIS RVFFO AVIENO INTERPRETE

q Va protenta iacent uastæ diuortia terræ
Et qua præcipiti uoluuntur prona meatu
Flumina p terras qua priscis inclyta muris
Oppida nituntur: genus hoc procul omne animantũ
Qua colit; aoniis perget stilus impiger oris
Ardua res musæ, deus en deus intrat apollo
Pectora fatidicæ quaciens penetralia cirrhe
Pierides toto celeres helicone uenite
Concinat & phœbo uester chorus; oceanũq;
Carminis auspicium primum memorate camenæ
¶ Oceani nam terra salo præcingitur omnis
Parua ut cæruleo caput effert insula ponto
Nec tamen extremo teres est situs undiq; in orbem
Qua colitur populis qua tellus paret aratro:
Sed matutino qua cœlum sole rubescit
Latior accisi curuantur cespitis arua
Cætera protentus: tria sunt confinia terræ
Vnius: est primum libye: europæq; asiæq;
Aequore ab hesperio qua se salis insinuat uis
Terrarumq; cauis illabitur arduus atlas
Qua iuga celsa tument libye sese explicat ora
Finis huic gades septenaq; gurgite uasto
Ora procul nili phariorum hic glæba recumbit
Et pelusiaci celebrantur templa canopi
Europeq; dehinc læuum est latus; & procul ambas

Vna asia inclinans geminis se cornibus urget
Desuper ac rupti diuortia continet orbis
Europam atq; asiam tanais disterminat amnis
Hic se sarmaticis euoluens finibus ante:
Scissus araxeo prius æquore iam suus unda
Effluit in scythiam procul hinc mæotida tethin
Intrat & inserto freta pellit uasta fluento
Ismariciq; riget semper flabris aquilonis
At qua piscosi gurges strepit hellesponti
Vis obliqua sali tepidum procumbit in austrum
Terrarumq; trium modus est maris, donec in altis
Ora procul nili late tethis efflua serpat.
Altera pars orbem telluris limite findit
Cespes terga iacens asiæ succedit in oras
Immensusq; mari protenditur: hic latus arctans
Caspia contingit freta: desuper atq; tumenti
Proximus euxino est, asiam conterminus iste
Europamq; secat: tellus sese altera in austrum
Porrigit insertoq; sinus interiacet agro
Nam sinus hic arabum sinus hic ægiptius unda
Aestuat, & libycis asiam discernit ab oris
Sic diuersa fuit sententia rite quis orbi
Limes haberetur, totum hoc circumlatrat estus
Et maris infesti moles ligat: una furenti
Natura est pelago, pelagi sed nomina mille
Aequor ut in numeris terrarum admouerit oris
Qua se blanda satis intendunt flabra fauoni
Hesperium oceano mare terras intrat ab alto

Axe lyaconie rursum facis atq; ubi dura
Belligeratores nutrit tellus arimaspas
Nomine saturni late iacet æquoris unda
Hic densata sali stant marmora pigraq; ponti
Se natura tenet nunquam ruit effluus humor
Mortuus hic graio perhibetur gurges in usu
Deniq; q lento stupeat plaga salsa profundo
Vel q sole carens pars orbis tetra rigescat
Vix hebes has oras ardor titanius adflat
Vix euecta dies illuminat omneq; late
Pingue tenebrosa cœlum subtexitur æthra
At qua prima dies rutilo sustollitur ortu
Aureus & tremulas late rubor inficit undas
Eoum pelagus freta dicunt indica ponti
Propter erythrei tenduntur dorsa profundi
Aethiopumq; salum diffunditur hic notus æthram
Vrit & hic æstu radiorum phæbus anhelo
Arua coquit sterilis regio est & inhospita late
Aret humus cassæq; solo torrentur arenæ.
Oceanus sic cuncta uago cōplectitur estu
Vndiq; sic unus terras interminus ambit
Innumerosq; sinus cauat inlabentibus undis
Desuper & multis celebri sub nomine tantum
Quattuor infuso late sale terga dehiscunt
Primus in orbe sinus uasti maris æquora gignit
Gurgitis hæsperii procul hic protentus in oras
Faucibus a libycis æstum trahit atq; ubi lætam
Cespite sub pingui pandit pamphilia glæbam

Deficit & curua finuatur littoris ora
Alter item est primo breuior maiorq; duobus
Hic prolapsus aquas boriali fusus ab alto
Terga procelloso turgescit caspia fluctu
Hyrcanũ hoc pelagus pars nomiat: hinc duo rursum
Ora patent ponti, geminus sinus æquoris intrat
Telluremq; cauat: qua se notus axe tepenti
Erigit horum unus uada longe persica fundit
Caspia conuersus procul in freta porrigiturq;
Quartus arabs tumet hic rapido per aperta fluento
Euxinumq; salum uidet eminus: en tibi rursum
Aequoris hæsperii tractus loquar, istius unda
Lambit terga soli qua se uagus explicat orbis
Nam uel ceruleo loca circumplectitur æstu
Vel celso dimissa iugo confinia radit
Mænia uel fusi prestringit gurgite ponti.
In zephyrum tellus extenditur, oraq; terræ
Vltima proceras subducit in astra columnas
Hic modus est orbis gadir locus: hic tumet atlas
Arduus: hic duro torquetur cardine cœlum
Hic circumfusis uestitur nubibus axis.
Et primũ ruptas se pontus hibericus illinc
Inserit in terras: caput autem principiumq;
Europæ & libyæ est, mediis infunditur oris
Inrepitq; salum, scopuli stant ardui utrinq;
Vnus in europam, libyam procul aspicit alter
Sic discreta freto procera cacumina celsis
Emicuere iugis, sic intrant saxa profundum

Sic ſubeunt nubes ſic cœlum uertice fulcit
Maura abyla & dorſo conſurgit hiberica calpe.
Gallicus hinc æſtus prouoluitur hic ſuper orbem
Maſſyliam gens graia colit lygurumq; tumeſcit
Aequor & indomito tellus iacet itala regno
Auſonis hec regio eſt pubi genus ab ioue ſummo
Qua ſe flabra trucis boreæ per inhoſpita terræ
Eructant cœlo populis caput æneadarum,
Alba dehinc cautes eſt terminus hec freta propter
Trinacriæ ſummo conſurgit littoris ora
Euoluuntur item uada ſuſi cærula ponti
Inſula qua cyrnus fluctu madet illudente
Littoris oſtriferi protendens latius undam
Sardiniaq; dehinc moles circumflua cingit
Aequoris & cano ſpumant freta concita fluctu
Hinc tyrrhena ſali ſunt agmina, qua notus axem
Humidus inclinat qua lux ſe rurſus eoa
Emergit pelago ſiculi maris æſtuat unda
Obliquumq; quatit gurges protentior altum;
Vſq; in ſaxoſi pachyni iuga plurimus inde
In cretam trahitur ponti tumor hicq; procul īges
Inclinat rupes ſeſe obuia fluctibus altis;
Ingreditur pelagus gorthynia mænia iuxta
Ac procumbentis ſola propter pinguia pheſti
Prona maris cautes extenditur ut ferus ora
Eſt aries ultroq; minas petit obuia fronte
Deniq; ſic olli nomen prior indidit ætas
Nec minus italiam cornu proſpectat acuti

Littoris & rapidi perflatur Iapygis ortu
Hinc se rursus aquis adriatica marmora fundunt
In borea .n zephyrūq; dehinc deflexa parumper
Alta petunt rauco penitus repentia fluctu
Hic sinus ionius curuatur littoris actu
Cespitis & gemini tellus irrumpitur alto
Na n qua cæruleis pontus sese inserit undis.
Illyris in dextris pandit regionibus agros.
Aemathiamq; supersulcat genus acre uirorum
Ausonidum læua est hic longo cespite tellus
Funditur: & uaria populoꝝ pube domantur.
Arua soli trina hec pelagi circumtonat unda
Nam qua se zephyri sustollunt flabra, profundum
Tirrheni est pelagi: qua se notus erigit ethra
Sicanium late fluitat mare, qua procul autem
Spirat ab æois pulcher regionibus eurus
Ionii sunt terga sali: sic itala tellus
Vt circumfusis latus amplum labitur undis.
Effluа post siculi moles euoluitur alti
Inq; notum late uada ponti cerula serpunt
Donec harænosas attollant æquora syrtes
Insidumq; rati tenuent mare: languida quippe
Aequore iam fesso sese trahit unda per ambas.
Montibus ab siculis capit autem prona meatum
Cratæisq; iugis uix syrtes inter oberrans
Partior & tenui pretexens ima fluento.
Rursus ab idæa salmonide porrigit æquor
Se geminum: nautæ pharium dixere profundum

Quod procul hinc asiæ uergit confinia cautis
Sidoniumq; dehinc late salis estuat unda.
Issicus in modico donec sinus ore patescit.
Aequoris & nostri fit terminus arua ubi late
Pinguia procæris cilicum uersantur aratris
Curua salo forma est hinc sese marmora ponti
In zephyrum torquent ac flexu lubricus errat
Gurges & excæsas inlabitur unda lacunas.
Sic uirosarum prolixa uolumina sese
Sponte cerastarum facili sub uiscere curuant
Sic spiras crebro sinuat draco seq; uel orbe
Colligit inclinans uel pronis agmina longe
Tractibus absoluit stridet nemus undiq; totum
Pestifero afflatu serpens uagus inquinat aethram
Haud secus in lapso penetrantur littora fluctu
Et rursum tellus init æquora fugis ubiq;
Mugitus pelago est, gemitu loca cuncta resultant.
Imminet hic late panphilia; subluit illic
Vnda chelidonias illisum murmurat æquor
Sæpius & crebra spumescunt æquora rupe.
Terminus hic cautis patareidis eminet arcis.
Ac rursum in zephyrum uada semet cerula curuant.
Hic salis egæi tractus tonat inq; bootis
Plaustra dehinc rapidi flectuntur marmora nerei
Saxosis sporadum sepe abluctantia rupis
Non aliud tanta consurgit mole profundum
Non sic curua thetis fluctu tumet: extimus olli
In tenedum cursus, pelagi caput incipit imbri

¶Cespitis hic proni protendens dorsa propontis
Flatibus ex boreæ tepidum procumbit in austrum
Immensæq; asiæ populos alit ubere terræ.
¶Hic artas inter fauces atq; obuia saxa
Thracius angustas discludit bosphorus oras
Bosphorus inachiæ subuector uirginis olim
Nam uicina sibi stant littora terraq; parci
Faucibus oris hiat: pronam sinus euomit undam
Proxima non alibi tantum diuortia cernas
Cespitis, hoc pecoris dorso sternacis in æquor
Inachis illata est, sic pectus canduit ira:
Pellicis & tanto diuam dolor extulit igni.
Illic instabili fama est sale saxa mouere
Inferriq; sibi flabris urgentibus oras
Hic rigidas errare ferunt per marmora cautes
Et nunc ora soli uastas prætendere rupes
Nunc aperire sinum gemit amplo murmure pontus
Seu quod collisas thetis indignata per artes
Seuiat obiectis: seu quod breuis exitus undas
Exerat & strictis eructet faucibus æquor.
Interius lato pontus se gurgite fundit
Vndarumq; procul latus explicat: aurea phœbi
Qua rota purpureo repetit conuexa sub ortu
Sic obliqua maris panduntur deniq; dorsa
Vt matutinis inclinent æquor habenis
Longior aut boreæ concedat gurges in axe
Pontus enim nostræ sinus est amplissimus unde
Hic asia ableuis præcingitur europamq;

Excipit aduerſus que dehinc ſe thracius arctat:
Boſphorus & tenui uix panditur oris hiatu
At qua diducto pontus diſtenditur eſtu
Et porrecta mari terræ iuga longius intrant
In pelagus tractuq; uago ſua littora linquunt
Ceſpite paphiaco prodit ſaxoſa carambis.
Altera ſe cautes ſimilis procul arietis ori
Dura pruinoſo qua torpet taurica cœlo
Exerit & tenta late premit æquora fronte
Eminus iſta notum uidet arctos eminus illa
Porro inter fluctus ac fuſi marmora ponti
Proxima celſorum ſic ſunt ſibi dorſa locorum:
Quamuis uaſta ſali moles interfluit arces
Vt gemini ſit forma maris ſed brachia pontus
Finibus arctois eoæ lucis in ortum
Et qua prona dies atris inuoluitur umbris
Molliter inclinans ſcythici ſpeciem facit arcus
At tepidi de parte noti directior ora
Continuumq; iacens rigidi ſub imagine nerui
Tonditur excedit confinia ſola carambis
In boream uergens boreali rurſus in arcto
Ore ſinus patulo mæotidis arcta paludis
Aequora prærumpunt: ſchyta late barbarus oras
Incolit & matrem ponti cognominat undam
Sola parens ponto genitrix hec ſola fluento eſt
Hoc ſe fonte trahunt: uaga glauci marmora ponti
Cimmerio prolapſa ſinu nam boſphorus illic
Cimmerius fauces aperit circumq; ſuperq;

Cimmerius gens dura colunt, hic ardua taurus
In iuga conſurgit cœlumq; cacumine fulcit
Verticis & celſis late caput inſerit aſtris
Huc mirante ſalo quondam ſeſe intulit argo
Theſſala & in nantem ſtupuerunt æquora cymbam
Sic uaſti moles pelagi interfunditur oras
Sic ſe forma maris toto procul explicat orbe
❡ Nunc tibi tellurem uerſu loquar incute docto
Phæbe chelin plectro: muſis intermina uita
Permanet & memori laus ſemper pullulat æuo.
Indefeſſa tuæ ſint mentis acumina lector
Sudoriſq; mei patulo bibe carmina rictu.
Dulcis in his hauſtus meritum graue gratia perpes.
Ergo ſolum terræ que libiſtidis ora per auſtrum
Tenditur eoæ procul in confinia lucis
Gades principium eſt caput huius ceſpitis autem
Arctius anguſto conducit littora tractu
Oceaniq; ſalum cuneo ſubit iſtius oræ
Terminus immenſis arabum concluditur undis
At latus hoc terre diffuſius explicat agros
Aruaq; tenta patent hec pingui ceſpite tellus
Aethiopum eſt nutrix qui nigros propter erembas
Extremi libyæ curuo ſola uomere ſulcant
Et rurſum aethiopes ſoli ſubiecta cadenti
Arua tenent ſic ſciſſa uirum gens ultima terræ
Incolit hos adflant rutile incunabula lucis
Hic iam præcipitis torrentur ſolis habenis
Propter proceras zephyri regione columnas

Mauri habitant his fluxa fides & inhospita semper
Corda rigēt trahitur duris uaga uita rapinis.
¶Proxima sed late numidarum pascua tendunt.
¶Massiliiq; super populi per aperta locorum
Pallantes agitant certi laris inscia gens est
Nunc in dumosas erumpunt deniq; rupes
Nunc quatiunt campos nunc siluas inter oberrāt
Coniugibus natisq; simul cibus aspera glans est
Omnibus haud ullus sulcatur cespes aratro
Non his mugitus pecudum strepit inclyta posthos
Menia consurgunt tyriæ carthaginis illa
Vrbs phænissa prius libyæ nūc ruris alumna
Paci blanda quies & bello prompta cruento
¶Ast hinc in syrtim preceps ruit unda minorē
¶Vlteriusq; dehinc qua lux se reddit olimpo
Maior uasta sibi late trahit æquora syrtis
Insidumq; rati pelagus furit ardua quippe
Vndarum moles tyrrheno cognitus æstu
Curuatūq; salum quatit amplo littora fluctu
Ecce alia lento prorepit gurgite nereus
Vndaq; uix tenuis siccas pretexit harenas
Immemor ergo modi semper natura duabus
Syrtibus & classem sors crebro cæca fatigat
¶Ambarum medio procera neapolis arcem
Subrigit hanc rursum gens late prisca uirorū
¶Lotophagi includunt durosq; nasomonas indit.
Accipe quis quondam populorum examina multa
Versauere solum multos sonuere per agros

Balatu pecudes nunc lati iugera campi
Et grege nuda iacent & sunt cultoribus orba
Ausonis hec duro uastatur dextera bello
Ausonis inuicti gens roboris una per orbem
Arma tulit pubem latiam ferus horruit hister
Romanos aquilas rhodanus tremit italidũ ui
Mesta paludiuagos germania fleuit alumnos
Illi cæruleas attingunt æquoris undas
At qua nauigero tellus discedit ab æstu
Innumeræ gentes populorum examina mille
Arua tenent hic fata canit uenerabilis hammon
Mugit harenosis nemus illic deniq; lucis.
Adstat cyrenæ propter uetus erigiturq;
Vrbs procera arces & appolline diues alumno
Marmaride iuxta procul hic tamen ultima regni
Aegipto inclinant tergo getulia glebam
Porrigit & patulis nigretes finibus errant
Protinus hinc garamas lato confinia tendit
Trux garamas pedibus pernix & harundinis usu
Nobilis at quantum terrarũ interna recedũt
Vt procul oceano tellus uicina madescat
Aethiopum populos adit ampli cespitis ora
Terminus æthiopum populos adit ultima cerne:
Post blemyes medii succedunt solis habenas
Corpora proceri nigri cute uiscera sicci
Et circumuicti neruis extantibns artus
Hi celeri molles currunt pede semper harænas
Nec tamen impresse linquunt uestigia plantæ

Eminus euoluunt hinc sese pinguia nili
Flumina & intenti prolabitur æquoris unda
Hic qua secretis incidit flexibus agros
Aethiopum in lingua siris ruit utq; siene
Cærulus accedens diti loca flumine adundat
Nomine sæ claro nilum trahit inq; iacentem
Egiptum fusus fluctu premit arua marito
Fæcundatq; solum: procul illic agmina cogit
In boream scissusq; uagis anfractibus æquor
Proferit & ponto septem ferus explicat ora
Non olli compar quisquam fluit, inclyta quamquam
Vndiq; se totis eructent flumina terris,
Nilus & immensos uluam dispergit in agros
Et fouet inuecto sata gurgite: nilus honorem
Telluri reparat nilus freta maxima pellit
Hic asiam ab libya disterminat axe fauoni
Secernens libyam redeuntis solis ab ortu:
Disiungens asiæ medio confinia fluctu
Nec procul illa uirũ gens incolit artibus olim
Quæ prior humanas leges & iura notauit
Vomere quæ duro quæ longi pondere aratri
Solicitauit humum quæ sectis edere sulcis
Tellurem docuitq; cedens a partibus ethram
Prodidit obliquo solem decurrere cœlo
Istius ergo tibi formam regionis & oræ
Expediam uersu blandus prætenditur aer
Prodigus herbarum cespes iacet: aspera nusquam
Culmina cõsurgunt portus cauat ora frequẽtis

Quicquid terra dehinc redeuntis sufficit anni
Tempore præ cunctis stupeas specieq; modoq;
Trina loco frons est sed latior axe bootis
Luce sub eoa constrictior usq; sienem
Tenditur unde pii uoluuntur flumina nili
Hic urbs est thæbæ thæbæ quæ mœnibus altis
Præcinxere larem memnon ubi tithonæus
Suspectat roseas auroræ matris habenas:
Pars ea quæ oceani discedit ab æquore septē
Oppida sustentat noctis pars uergit in oram
Est modus est olli serbonidis alta paludis
Altera pulsatur genitabilis ore fauoni
Hic urbem posuit pellææ dextera gentis
Hic inter cellas late surgentia nubes
Templa sinopeq; iouis adstabāt nixa columnis
Diuite saxorum circumuestita metallo
Auro fulta graui niueo radiantia dente
Nec minus hic speculæ uertex subducitur exquo
Cernere sit longe pallenidis intima terræ
At qua surgenti terre pars conscia phæbo est
Aggere murorum pelusia mœnia surgunt,
Gens hic docta sali tumido freta gurgite currunt
Inq; procellosos lembum conuertere fluctus
Ludum habet & rauca uitā producit in unda
Talis forma iacet libye taliq; recessu
Ab zephyro eoum tellus incumbit in axem
Istius extenti sola cespitis undiq; sulcant
Gentes innumeræ quæ sparsæ littore longo

Oceani australis uada late cærula tangunt
Et quæ multimodi media tellure agitantes
Arua domant & quæ tritonidis alta paludis
Vt circumfuso populorum examine cingunt
¶ Nunc tibi & europe fabor latus hec ubi terras
Intrat atlantei uis æquoris accipit undam
Vnus utrimq; salis fluxus secat & procul unũ
Distinet os ambas eadem insinuatio ponti
Europam & libyam rapido disterminat estu
Sed prior illa tamẽ tepido perfunditur austro
Hec subit insanos tergum curuata aquilones
Ambe asiam rursum simili sub limite tangunt
Aequus utrinq; modus protendit ut simul ambas
Si conferre sibi quisquam uelit una parumper
Vt credatur humus mediiq; interflua ponti
Subtrahat exemplo quali nux pinea forma est
Singula uersanti talis succedat imago
Europæ & libye sic nam latus explicat ambas
Vnum & utrinq; caput similis quoq; finis utrimq;
Sed tamen hæsperii quaspectant æquoris undam
Ambe producto coeunt sibi cespite terræ
Qua matutinus sol istas ignibus adflat
Lacior ambabus species distenditur unum
Hec agili sub mẽte tenẽs uelut obuia habebis
Cætera terrarum tellus europa columnis
Proxima magnanimos alit æquo cespite hiberos
Hi super oceani borealis frigida tangunt
Aequora & ex cursu diffusi latius agri

Arua tenent duris nimium uicina britannis
Flauaq; cæsariem germania porrigit ora
Dumosa herciniæ peragrans confinia siluæ
Inde pyrenæi turgescunt dorsa niualis
Gallorumq; truces populi per inhospita terræ
Vitam agitant, tum cæruleum padus euomit antro
Flumen & extento patulos premit æquore campos
Hic prius heridani propter nemorosa fluenta
Fleuerunt liquide lapsum phaetonta sorores
Mutatæq; manus planxerunt pectora ramis
Nec procul hinc rigidis insurgunt rupibus alpes
Nascentemq; diem celso iuga uertice cernunt
Porro inter cautes & saxa sonantia rhenus
Vertice qua nubes nebulosus fulcit adulas
Vrget aquas glaucoq; rapax rotat agmine molem
Gurgitis oceani donec borealis in undas
Effluat & celeri perrumpat marmora fluctu
Quin & danubium produnt secreta repente
Barbara sed discors tamen est natura fluento
Abnoba mons histro pater est cadit abnobe hiatu
Flumen in eoos autem conuertitur axes
Euxinoq; salo prouoluitur ora per æquor
Quinq; uomunt amnē qua se procul insula peuce
Exerit hunc rigidi qua spirant flabra aquilonis
Sarmata germani geta: basternæq; feroces
Dacorumq; tenent populi: tenet acer halanus
Incola taurisci scyta littoris indeq; rursum
Dira melanchlæni gens circumfusa uagatur

Proxima neurornm regio est celeresq; geloni
Precinctiq; sagis semper pictis agathyrsi
Inde borysthenii uis sese fluminis effert
Euxinum in pelagus, tunc æquora panticapæi,
Aldesci, quoq; ibi celso de uertice surgunt.
Riphei montes ibi dura sepe sub arcto
Densa pruinosos eructant nubila nymbos
Hic dites uenæ niuearn gignunt crystallum
Atq; hic indomito tellus adamante rigescit
Inter ripheos & proceros agathyrsos
Hæ gentes histrum qua se plaga dura bootis
Porrigit incumbunt, medii sed parte diei
Per dumosorum reptantes dorsa iugorum
Gerrhe habitant: gerrhas attingunt oppida late
Norica, & in modice rursum loca pinguia glæbæ
Pannonia exercet, borean subit altior agro
Mysus & extento post tergum cespite trachas
Plurimus excedit, tunc ipsi maxima thraces
Vomere sollicitant curuo loca: deniq; lcngo
Qua porrecta iacet spacio piscosa propontis
Et qua præcipiti fluctu furit hellespontus
Aegæumq; dehinc procul in mare plurima thraces
Arua tenent, his mellifluis pallena sub antris
Lichnitis rutilæ flammas alit hic & iaspis
Fulua micat stellis: quantũ conuexa per ethræ
Ignea perpetuis ardescunt sidera flammis.
¶ Hic rursum occiduis europam fabor ab oris
Hec tanquã speculis adsurgens plurima trinis

Spectat achemeniæ lucis iubar unus hiberos
Limes habet/limes tenet alter deniq graios:
Ausoniæ medius protendit latius arua.
Oceani uicina salo qua glauca recumbit
Oceani hesperii tumet illic ardua calpe
Hic hispanus ager:tellus ibi diues hiberum
Tartesusq super sustollitur:indeq cempsi
Gens agit in rupis uestigia pyreneæ.
Protendens populos medios e limite glæba
Ausonis effundit:mediam secat apenninus
Ausoniam nam qua boreali uertice ad ethram
Concrescunt alpes surgit caput apennino
Et qua sicanii tellus madet equoris estu
Vt protelatæ molis iuga gurgite condit
Hunc circa multæ sola sulcāt proxima gentes
Et tamen has omnes solers tibi musa loquetur
Prima uetustorum gens est tibi thyrrhenorū
Inde pelasga manus Cyllenæ finibns olim
Que petit hesperii freta gurgitis arua retentat
Itala tum multa tenduntur parte latini
Per quos flauentis tybris pater explicat undas
Romanosq lares lapsu prælambit alumno.
Hic campanus ager glebam iacit hic freta quondam
Partenopen blando labentem in marmora ponti
Suscepere sinu:tepidum si rursus in austrum
Conuertare oculis nemorosi maxima cernes
Culmina piceni coma largi palmitis illic
Tenditur ac fuso bacchus tegit arua flagello.

Tunc lucanorũ regio insurgentibus alte
Cautibus horrescit scrupus sola creber iniqua
Asperat & denso cæcantur stipite siluæ.
Brutius hinc dumos acer colit inter & arces
Obsidet insidas donec sicana fluenta
Intendant pelagus displosisqꝫ æquora terris
Instabile inclinent semper mare qua uel eois
Hadrias unda uadis largam procul expuit algam:
Vel qua Tirrheni preceps inuoluitur estus
Ab zephyro: hinc rupes dorsum tumet, inqꝫ bootis
Plaustra patens albo consurgit uertice saxum
Hinc se prisca locri gens intulit & sale longo
Eminus inuecti qua pontum gurgite rumpit
Flumen aliæ graiæ texerunt linthea cimbæ:
Hinc metapontini discurrunt latius arua
Inde croton priscis attollit mænia muris:
Aesarus hic amnis salsa conuertitur unda
Et iunone calent hic aræ præsule semper
Eminus exciti post fulmina dira tonantis
Infortunatæ sybaris uicina ruinæ est.
Samniteqꝫ truces habitant confinia: post hos
Gens marsum quondam tenuit loca: tumqꝫ tarentũ
Surgit amiclæi soboles prædura tyranni
Hic iacet in patulos proiecta calabria campos
Et super arenti tenduntur iapyges agro
Huc se præcipiti cogit ferus hadria ponto
Hic aquileia decens celsis caput inserit astris
Tergestumqꝫ dehinc curui salis incubat oram

Extimus ionii qua se sinus æquoris abdit
Tot populi ausoniam circundant menibus altis
Italiam cingunt tot diti cespite gentes
In iubar eoum rursum qua peruia flectunt
Aequora & assyrium suspectant eminus axem
Ionii freta glauca sali primosq; liburnos
Præstringunt pelago, gens hylli plurima rursum
Accolit hic tenui tellus discluditur estu
Illiris ora dehinc distenditur, hicq; periclis
Sepe carinarum famosa ceraunia surgunt
Tunc prorepentis qua sunt uada turgida nerei
Harmonie & cadmi sustentat gleba sepulchrum
Barbara, nam longo iactati sæpius orbe
Postquã liquerunt hismeni fluminis undam
Hic in cæruleos mutati membra dracones
Absoluere diem finemq; dedere labori,
Nec minus hic aliud monstri genus arbiter ethræ
Edidit, adsistunt scopuli duo cumq; quid atri
Imminet euentus, ut uulgi corda fatiget
Sors rerum & gentem terat inclementia fati
Et motantur humo & coeunt sibi uertice saxa,
Sed qua mitis item spirat notus oriciumq;
Pulsant flabra solum, graiæ confinia terræ
Incipiunt aperire latus, prolixaq; longis
Iugera producunt spaciis, præcincta duobus
Aequoris infusi procursibus, hanc freta quippe
Aegei lambunt, pelagi, citus hadria rursum
Subluit hanc fluctu, gemiuo sic gurgite latæ

Graia manet tellus,ſortitaq; marmora uentus
Queq; ſuos,imo turgeſcunt mota profundo.
Eurus in ægeum contorquet flabra latentis
Parte poli zephyris hadriatica terga tumeſcunt.
Inſula ſe ſurſum pelopis uiſentibus offert
Inſula quæ platani folio compar ſedet;iſthmi
Quippe caput ſummum conducitur artaq; uergit
In boream tellus,& graios adiacet agros.
Cetera ſub folii ſpecie diſtenditur arua;
Ac per utrumq; latus ſinuoſo ſepe recedit
Ceſpite;ſed tepido qua tellus tunditur auſtro
Graiorum tripolis ſterili ſe porrigit ora.
Hinc ſacer alpheus flumen trahit & uagus æquor
Influit,eurotas piſanos alter adſulcat
Alter amicleæ celeri ſecat agmine terras
Inſula qua curuas inclinat concaua ualles.
Arcades immenſum propter degunt erymanthum
Hic diſtentus aquas ſata lambit pinguia ladon
Iuxta argiuus ager iuxta ſunt culta laconum
Illos prima dies celer iſtos aſpicit auſter
Iſthmi terga dehinc geminus circumlatrat æſtus,
Parte ephyres piceas qua nox agit atra tenebras
Et matutinus qua lucem proferit ortus
Hic ritu graio nomen tenet unda ſaronis.
Atticus hanc ultra limes iacet attica tellus
Belligeratorum genitrix memoranda uirorum
Fertilis hec herbas iliſſum ſubuehit amnem
Iliſſi boreas ſtagno tulit orythyam

Bœotumq; dehinc sese confinia iungunt
Et locris,& patulis sulcatur thessalus agris
Et macedum perpingue solum:tumet arduus hæmus
Threiciumq; caput subducitur,adiacet hæmum
Partibus ab zephyri dodonæ uatis alumnus.
Axe noti rigidas subter rupes aracinthi
Gens æthola colit,campis ibi pnlcher apertis
Labitur & uirides sulcans terras achelous,
Inruit hadriaci tergum maris,hicq; frequentes
Fluctibus attolluntur echinades,haud procul inde
Prisca cephallenæ cõsurgunt oppida terræ:
Delphica quinetiam miscet confinia phocis
Lucis inexortum protentior,inq; booten
Thermopile cædunt,hic se parnasia rupes
Erigit hic celeri cephysus euoluitur unda:
Hic quondam phiton transactus harũdine membra
Sanguinis & cassus prolixa uolumina soluit
Illic sæpe deum conspeximus adridentem
Inter thuricremas hic phæbum uidimus aras
¶ Nunc ut quæq; uago surrexerit insula ponto
Ordine quo steterint pelago circumflua saxa
Expediam,cymbe ducatur cursus ab unda
Gurgitis occidui precor aspirate camænæ
Inter & oppositas intendite linthea terras
Gadir prima fretum solida supereminat arce
Attolitq; caput geminis inserta columnis
Hec cotinussa prius fuerat sub nomine prisco
Tartessumq; dehinc tyrii dixere coloni

Barbara quinetiam gades hanc lingua frequentant
Poenus quippe locum gadir uocat undiq; septum
Aggere præducto tirii per inhospita late
Aequora prouecti tenuere ut cespitis oram
Constituere domos, dant hi quoq; maxima templa
Amphytrioniade, numenq; uerentur alumnū
Insula se propter gymnesia tollit ab alto
Ac dilecta uago pecori consurgit ebusus
Sardiniæq; arces, & inhorrens corsica siluis,
Aeolidesq; dehinc tumidis se fluctibus edunt
Insulæ, & inserto canescunt undiq; ponto
Has dudum tenuit rex eolus, aeolus illic
Hospita iactatis inclusit littera nautis:
Aeolus imperio summi iouis arbiter alto
Impositus pelago est effundere carcere uentos
Et sedare salum septem sese æquoris estu
Emergunt arces septem quas æquoris estu
Hic habuit tunc ausoniam se pandit in oram
Tellus trinacria & patulo distenditur agro
Hec autem trinis laterum procursibus adstat
Ternaq; cæruleis longe iuga porrigit undis
In matutinos pachynos producitur ortus
Pars tepet a zephyro lilibeia celsa, peloris
Tota serenifere pulsatur flatibus ursæ.
Hic iter infidum pelagi miserandaq; fata
Inuoluere salo fluctuq; hausere uoraci
Sepe ratis: surgent angustæ marmora fauces
Arctam precipitant properum confinia pontum

Qua se parte dehinc celsæ notus erigit ethræ
Vis late libici furit æquoris: una ibi syrtis
Ast aliam ulterius freta prolabentia tendunt
Paruaq; cæruleo circumsonat æquore nixam
Rursus hadriaticum lembum cogentibus undam
Et læuum curua pelagus sulcantibus alno
Insula se graii diomedis gurgite promit
Italiam spectans & iapigis arua coloni
Huc illum motæ quondam tulit ira diones
Postquã per celeres extorrem traxit hiberos
Coniugis huc dire misit furor egialiæ.
Ionii si quis rate rursum cærula currat
Aequora & eoos cymbam producat in ortus
Absyrti cautes & crebras protinus arces
Inuenient colchos huc quondam cura fidesq;
Extulit insanam sectantes eetinen:
Nec procul ionii per terga lyburnides adstant.
Inq; notum post dura cerauma carbasa si quis
Torqueat & tepidos lembum declinet in axes,
Ambraciæ tantum succedunt protinus arces,
Alcinoiq; domus pandetur corcyra rursum
Corcyra compta solum locupleti corcyra sulco,
Hanc superest tellus ithaci uetus aula tyranni
Exulis & toto raptati sæpe profundo.
Plurima præterea consurgunt gurgite saxa
Quæ protentus aquas achelous pulcher oberrat
Amnis usq; dehinc alias circumfluit undas.
Quæ tamen in boream uergant magis egida parua.

Et procera caput turgescunt pulchra cythera.
Eminet hic etiam saxosa calauria iuxta.
Carpathus hic rupes attollitur. hec tamen axem
Respicit occiduū: nutrix hinc creta tonantis
Multa latus glæbisq; ferax & opima uirentū
Erigitur pelago cretam super adstitit ida
Ida procellosis agitans aquilonibus ornos.
Nec procul ægiptum rhodus adiacet, adiacet ora
Suniados, qua se prætendit cespes abantum
Fertilis æginæ tellus, & opima salamis,
Lucis ab exortu pamphilia qua cauat estum
Prolabentis aquæ ciprus alta cingitur unda
Atq; dionei pulsatur littoris acta
Inde chelidoniæ tris sese gurgite tollunt
Qua frons tenta salo patareidis eminet arcis;
Læta dehinc aradus phænicum præiacet oram
Multus ubi exæse sinus est telluris ab alto
Ac latus omne soli procul in dispendia cedit
Littoris & curuo prælambitur ora fluento.
Mirus & ille dehinc ægei gurges habetur
Qui gemina de parte sali uelut ordine uiso
Saxa mari profert circumflua, tenuia sese
Qua freta præcipitant athamantidis inclyta læto
Sestus ubi atq; abydus paruo sale discernunt
Et uicina sibi lambit confinia pontus
Pars procul europæ læuum latus altera porro
Ditem asiam spectat, cuncte tamen ordine facto
Insule in arctoi procedunt plaustra bootis

Europam incumbit prolixus limes abantum
Scirus ibi late dorsum tumet, ac peparethum
Protollit pelagus iuxta uulcania lemnus
Erigitur cereriq; thasus dilecta profundo
Proserit albescens e uertice prominet imbrus
Thressaq; consurgit propter samos indeq; rursum
Cyclades accedunt asiam delumq; coronant
Omnes fatidico curant solennia phœbo
Nam cum uere nouo tellus se dura relaxat
Culminibusq; cauis blandum strepit ales hirundo.
Gens deuota choros agitat rituq; sacrato
Ludunt; festa die uisit sacra numen alumnum.
Hic sporades crebro producunt cespite sese
Densa serenato ceu splendida sydera cœlo.
Nec minus attolluntur ionides insule ab alto
Hic iuxta caunus samus hic saturnia iuxta,
Tumq; chius patule prospectans arua pelinæ
Lesbus item & Tenedus per aperti marmora ponti
Expediunt arces, & culmina nubibus indunt
Hic se piscosi pandit sinus hellesponti
Hic salis arctoi spumas uomit impiger estus;
Hic protenta quatit late freta glauca propontis,
Si quis leua dehinc euxini marmora sulcet
Ora borystenii qua fluminis in mare uergunt
E regione procul spectabit culmina leuces
Leuces caua iugum leuce sedes animarum
Nam post fata uirum semper uersarier illic
Insontes aiunt animas, ubi concaua uasto

Cedit in antra sinu rupes ubi saxa dehiscunt
Molibus excesis & curuo fornice pendent
Hec sunt dona piis sic illos iuppiter imis
Exemit tenebris erebi sic inclyta uirtus.
Rursum cimmerius qua bosphorus ora patescit
Dexterior ponto subit insula uastaqꝫ late
Excedit moles pelagus sedet eminus ingens
Phanagore & muros attollitur hermonassa
Hee maris insusi consurgunt insulæ ab alto
Exterior quas unda dehinc circūfluus & quas
Aestuet oceanus quibus ille flatibus omnes
Culmine pulsentur memori date carmina musæ
¶ Propter atlantei tergum salis æthyopum gens
Hesperides habitant dorsum tumet hic erythia
Hicqꝫ sacri sic terga uocat gens ardua montis
Nam protenta iugum tellus trahit hoc caput amplæ
Proditur europe genitrix hec ora metalli
Labentis stagni uenas uomit acer hiberus
Hec freta ueloci percurrit sæpe faselo
Eminus hic aliæ gelidi prope flabra aquilonis
Exuperant undas & uasta cacumina tollunt
Hæ numero gemine pinguis sola cespitis ampla
Conditur occidui qua rheni gurgitis unda
Dira britannorum sustentant agmina terris
Hinc spumosus item ponti liquor explicat æstum
Et breuis e pelago uertex subit hic chorus ingens
Fæminei cætus pulchri colit orgia bacchi
Producit noctem ludus sacer aera pulsant

Vocibus & crebris late sola calcibus urgent
Non sic absintti prope flumina thraces & almae
Bistonides non qua celeri ruit agmine ganges
Indorum populi stata curant festa lyaeo
Longa dehinc celeri si quis rate marmora curat
Inq; lycaonias cimbam procul urgeat arcto
Inuenit & uasto surgentem uertice thulen
Hic cum plaustra poli tangit phaebeius ignis
Nocte sub illustri rota solis fomite flagrat
Continuo: clarumq; diem nox aemula ducit
Nam sola obliqui torquetur cardine mundi
Decretosq; super radios uicinior axi
Occiduo: inclinant donec iuga rursus anhela
Deuexo accipiat coelo notus inde fluenta
Tenduntur schytici longe maris in phasis ortum
Eoae tunc oceani se repit ab undis
Insula quae prisci signatur nominis usu
Aurea quod fuluo sol hic magis orbe rubescat
Contemplator item ceu se mare flectit in austrum
Inq; notum oceanus freta ponti caerula curuet
Altaq; coliados mox hic tibi dorsa patescent
Rupis & intenti spectabis cespitis arces
Proh quibus ingenti consistens mole per undas
Insula taprobane gignit tetros elephantos
Et super aestiferi torretur sydera cancri
Hec immensa patet uastisq; extenditur oris
Vndiq; per pelagus latus autem protinus olli
Agmina cetosi pecoris uaga monstra profundi

Adludunt:feruent erythrei marmora ponti
Tota feris hec ut rigidi iuga maxima montis
Nubibus attolent latus omne & terga tumescunt
Instar in his rupis spinæ tenor arduus adstat
Molibus in celsis scrupus quoqꝫ creber inhorret
An ne quis rapidi subtectus gurgitis unda
Nec in terga salis lembum contorqueat unquam
An e monstrigenis hostem licet inferat estus
Fluctibus inmodice late patet oris hiatus
Quippe feris antro panduntur guttura uasto
Protinus hæc ipsas absorbent fauce carinas
Inuoluuntqꝫ simul mox monstra uorantia nautas
Ogyris inde salo promit caput aspera rupes
Carmanidis qua se pelagi procul inuehit undas
Regis erythrei tellus hæc nota sepulchro
Tenditur & nudis iuga tantum cautibus horrent
Persicus hinc æstus fauces hiat insula rursum
Si tamen in boream flectantur carbasa cymbæ
Icarus aerio consurgit uertice in auras
Icarus ignicomo soli sacra namqꝫ sabei
Thuris ibi semper uaga fumum nubila uoluunt
¶ Insule in oceani pro cursibus hæ tibi tantum
Carmine sunt digne:multas uehit undiqꝫ pontus
Præterea paruas specie famaqꝫ carentis
Pars uidet europam non has tamen aut modus oræ
Aut in terna caui commendat uena metalli
Harum aliæ diris reserant uix littora nautis
Et scaber in multis scrupus riget undiqꝫ iniquus

Subrigitur uertex & inhospita cespitis ora est
Harum quis ualeat numerosa ut nomina fari
Pars asiam libyam pars adiacet altera ponto
Si uelit hos ullus uelit idem scire quot alto
Curuentur fluctus pelago quot sydera cœli
Elucent flammas quot robora proferat ida
Quantus harenarũ numerus uersatur ab euro
¶ Carmine nunc asiam formet stilus incute doctam
Phœbe chelin totis helicon aspiret ab antris
Maxima pars orbis narrabitur inclyta tellus
Prometur musis terrarũ summa duarum
Vnius est limes qua cespite protegit ambas
Vastius & asiæ diti caput indeq; sensim
In matutinos oram conducitur axes
Hic adstare procul bacchi fert fama columnas
Vltimus oceani qua terras adluit estus
Indica qua rupes tumet extima qua uaga ganges
Cespite dorsa trahens in nysseum platamona
Porrigitur similis nequaquã est forma duabus
Nec modus est compar secat unus deniq; pontus
Europam & libyam multus circumsonat istam
Oceanus trinoq; sinu uagus influit estus
Vnam asiæ molem sinus istam persicus instat
Maximus hanc arabum scindit sinus & sinus æquor
Inserit hircanus duo nigri partibus austri
Curuantur rigidam suspectat tercius arcton
Hic & in euxini prorepit marmoris undam
Et zephyrum tergo spectat procul adiacet ambos

Tellus multa dehinc & longis tenditur aruis
Ast asiam incumbit uasto mons aggere taurus
Interstatq; iugo mediam pampylia campo
Qua iacet incipiens ad uerticis ardua ducit
Indorum pelagus nunc autem subrigit idem
Obliquas arces & flebilis aera pulsat
Nunc directa solo tentus uestigia figit
Mille dehinc amnes unus uomit exerit unus
Flumina per terras uel qua riget ora bootis
Vel qua lene notus spirat qua perstrepit eurus
Et qua delecto zephyrus substollitur axe
Nec tamen hic uno signatur nomine ubiq;
Se dum flectit iter nouus emicat utq; tumenti
Gens uicina subest peregrina uocabula mutat
Accipe qui populi circundent deniq; taurum
Mæotæ primi salsam cinxere paludem
Obuersatur item trux sarmata bellica quondã
Gentis amazonidum soboles nam cum prius ille
Egissent uasti prope flumina thermodoontis
Threitio de marte satæ iunxere profectæ
Concubitus longas exercet sarmata siluas
Ex quibus elapsus tanais procul arua pererrat
Barbara & in salsam protendit terga paludem
Hic asiam europam disterminat: arduus istum
Caucasus eructat: scythicos hic fusus in agros
In pacatorum nutrit pubem populorum
Huius utrumq; latus quatit amplis bruma procellis
Constrictumq; tenent hunc frigora proxima rursus

Cimmerius sindiq; colunt: certicia gens est
Atq; toretarũ propter genus: indeq; achæi
Ab xanthi ripis atq; idæo simoente
Inter chauricrepus & scruposas conuallis
Transuexere larem: iuxta gens aspera degit
Eniochi zigiiq; dehinc qui regna pelasgum
Linquentes quondam tenuerunt proxima ponti
Impiger hos propter colchus colit iste feraci
Exul ab ægipto celsæ ferit aspera rupis
Caucasus hircane nimium conterminus undæ
Huius ualle ruit phasis: gemit istius antro
Agmina prouoluit circæaq; lapsus in arua
Incidit euxnium borealis cardine cœli
Rursus in eoæ lucis confinia tellus
Inclinata iacet gemino uicina profundo
Caspinam late terrã super abluit unda
Euxiniq; subest tergum salis asper hiberus
Hic agit hic olim thyrrhenide pulsus ab ora
Cespitis eoi tenuit sola ceu uaga sepæ
Fors rapit exactos patria tenet æquora campi
Gens camaricarum qui post certamina bacchũ
Indica bassaridum cum duceret agmina uictor
Accepere casis mensasq; dedere lyæo
Orgia ludentes & nebride pectora cincti
Deduxere choros nysæi ludicra ritus
Hos super influctus adsurgit caspia tethis
Hec dicenda mihi: nec diri gurgitis unquam
Lustra ui pinu freta barbara nec uagus orbem

Vndiq; reptaui sic uasti flumina gangis
Caucaseas arces & pumiculas arienos
Incentore canam phœbo musisq; magistris
Omnia ueridico decurrens carmine pandam
Caspia per teretes tethys distenditur oras
Et sinuant curuis hanc totam littora terris
Tantum sed fuso pontus iacet iste profundo
Vt ter luna prius reparet facis incrementa
Quam quis cæruleum celeri rate transeat æquor
Gurgitis oceanus pater est namq; iste niualis
Axe helices infert rapidi freta concita ponti
Et sinus inde tibi pelagus trahit hic uada propter
Caspia uersatur scytha belliger hicq; feroces
Degunt albani trux illic arua sadusus
Dura tenet: mardi celeres hyrcani apyriq;
Cespite uicino mardus fluit & procul ipsos
Accedit bactros attingens deniq; atroces
Agmine dercebios mardus disterminat ambos
Hyrcaniq; salis tumido conuoluitur estu
Sed bactrena soli uasto procul arua recedunt
Parnassiq; iugi tegitur gens rupibus illa
Dercæbios aliud cohibet latus & uada tangit
Caspia: tum clari pharetris agiliq; sagitta
Massagethe glauci succedunt flumen araxis
Durum ab stirpe genus placide mens nescia uitæ
Ignorant flauæ cereris comertia: bacchi
Semper inexpertes animã traxere ferinam
His cibus & potus simul est nam sanguinẽ equinum

Et lac concretum per barbara guttura sorbent
Nec procul ad boream diri posuere chorasmi
Hospicia & iuxta protendit sugdias agro
Sugdias ingenti quam flumine difficit oxus
Hic procul hemodi late ruit aggere montis
Et per prolixos euectus protinus agros
Caspia propellit fluctu freta deindeq; late
Fluminis ecce sace ripas habitant iaxarte
Tendere non horum quisquã certauerit arcus
Ambitus hos etenim multus trahit & graue curuis
Pondus inest taxis longo sunt spicula ferro
Et rigor in neruis uelut obuius inde cruenti
Sunt thocari phruniq; truces hic & inhospita seres
Arua habitant gregibus permixti ouiumq; boumq;
Vellera per siluas seres nemoralia carpunt
Vltima petrimos tellus habet & procul ista
Cassa uirum est nullis pecorum ballatibus agri
Persultant herbæ uiduus iacet undiq; cespes
Fronde carent nunquã terras intersecat amnis
Caspia tot late circundant æquora gentes
¶ Nunc rursum ab colchis & glaucis phasidis undis
Occiduum ad solem populos memorate camenæ
Vsq; in threicii fauces maris aspera primum
Byzerum gens est diri sunt inde bechiri
Macrones philyreq; & pernix durateum gens
Inde tibareni: chalibes super arua ubi ferri
Ditia uulnifici crepitant incudibus altis
Post hos assyrie tenduntur iugera terræ

Armenioqꝫ iugo late surgens thermodon
Gentis amazonidum lambit sata nec minus illic
Erigit excelsa in fastigia prisca sinope
Hanc urbem quondam magni iouis ardor asopis
Virgo locans sæuæ propter confinia terræ
Auia habuit plebemqꝫ suo de nomine dixit
Nec procul hinc purus laticē prouoluitur iris
Et citus armeniæ rursum conuallibus arcis
Qua uastum in pelagus uerget saxosa carambis
Surgit halysum paphlagonum sata longa patescunt
Et mariandinum gens incolit unde triformis
Ora canis superas quondam produxit in oras
Alcides herebo:propter bythinia glæbam
Exerit hic pinguem latebras extenditur amnis
Rhæbas cæanei qui difficit æquora ponti
Rhæbas argento similem qui porrigit undam
Hi pontum cingunt populi nunc illa canetur
Ora asiæ glaucas pelagi quam subluit estus
Axe noti in fauces rapidi procul hellesponti
Et freta qua spumant ægiptia partibus austri
Vsqꝫ arabus & longa syre confinia terræ
Dictus enim quantus rigidas scytha degat ad arctos
Calchedon tumulus fluctu circundatus alto
Eminus europem proceraqꝫ mænia brisæ
Aspicit ab tergo tendit bebrycia glæbam
Celsaqꝫ nubifere substollit culmina rupis
Mysus ager mysos tacitum diffusus in æquor
Terraqꝫ flauescens sulcat chius:huius ad undam

Pulcher hilas nymphis quondam fuit anxia cura
Hinc in cæruleum cedit sinus hellespontum
Explicat & phrygiæ tellus incurrat in orbem
Maior sangario late prestringitur amni
Hec procul eoos procedit plurima in axes
Fertilis herbarum qua cœlum rursus in umbras
Inclinat uertex panduntur terga minori
Quæ iacet immensæ late sub rupibus idæ
Infortunatam pertingens cespite troiam
Aeolis inde patet uastum super hellespontum
Aegei per terga soli prolixus ionum
Rursus ager glæbam protendit hunc secat ingens
Maeander salsiq; ruens uada gurgitis intrat
Cõminus hic gelidi qua spirant flabra aquilonis
Vrbs ephesus tetricæ sustollit phana dianæ
Munus amazonidum memorabile nec minus inde
Lydia procedens longum latus explicat euro
In qua uitifere tmolus iuga proferit arcis
Et pactolus aquas agit auriger arua canoris
Persultans cignis curuas sedet undiq; ripas
Creber ales lætis adsurgunt gramina campis
Herbaq; luxuria sola semper pinguia uestit
Sed locuplete magis mæandria glæba recumbit
Vbere nam glandi terram rigat unda caystri
Mæonis hic etiam deducit turba choreas
Aurea subnectunt hæ unicula: ritus iaccho
Luditur atq; sacris feriunt ululatibus æthram
Virgineus chorus late strepit exilit omnis

Cætus & instabilis uaga pendet corpora damme
Chaurorum quoq; flabra deo famulantia ludunt
Ritibus in uulgi subeunt hec serica sepe
Pallia & impulsi zephiris agitantur amictus
Hec linquenda tamen læto reor omnia lydo
Qua se xanthus agit lyciorum tenditur ora
Inclinata mari surgunt ibi culmina tauri
Pamphylie in fines hic idem cragus habetur
Nomine sub gentis prope celsam surgit in arcem
Piscosi aspendum flumen secus eurymedontis
Sus ubi deformis calidis adoletur in aris
Sepe dioneæ ueneri stat corycus alta
Stat perge propter micat ardua tecta phalesis
Eminus & phæbi radiis tremit emulus ardor
Inde Lycaoniæ tractus iacet: impiger agros
Incola decurrit sitit atrum dura cruorem
Gens hominū & sæuo pascuntur pectora bello
Tum pisida ferox exercet pinguia culta
Termæsusq; dehinc urbs æminet hanc super arcem
Inclyta per nubes attollens mænia lyrbe
Et lacedemonie surgunt fastigia selges
Plurimus hinc terras intrat sinus undiq; longe
Vicina euxino rupti sola cespitis urget
Hic diros cilicas trames tenet inq; diei
Tenditur exortum sulcant duo flumina terrā
Piramus hic undas: hic uoluit pyranus æquor
Cidnus item mediæ discernit menia tharsi
Pegasus hoc olim suspendit cespite sese

Impressæq; solo liquit uestigia calcis
Esset ut insignis reuoluta in secula semper
Nomen humo clari post ultima bellerophontis
Hic cespes late producit letius arua
Horrescitq; comis nemorum per inhospita cuius
Aequora secreto uitam protraxerat agro
Lirnessusq; dehinc hic malus & anchialea
Illustrisq; soli post carmina uatis alumni
Cõmagenorum propter diffunditur ora
Et procul hesperium curuatur limes in axem
Donec piniferos casii proreptat ad arces
❡ Hinc solers asiam facili cape carmine totam
Forma sit huius enim talis tibi quattuor illa
In latera effusa est cordi data longior autem
Est modus is rutili quæ spectant sideris ortum
Tumq; tene primo quod carmine musa locuta
Totam asiam celsi præcingi uertice tauri
Extima in indorum montis tamen accipe molem
Per latus id duci quod atynus ora pruinas
Solis ab occasu uastum decurrere nilum
Iudicum ab eois mare feruere rursus ab austro
Fluctibus in modicis rubri salis æquora uolui
Ora syrum curui procumbens littoris acta
In notum & eoi confinia tenditur euri
Hec cæle est graio sub nomine namq; duobus
Vt conclusa iugis uallis uice multa cauatur
Ab zephyro casius mons iminet axe diei
Consurgentis item libanus premit arduus arua

Pars procul a pelago terras colit inq; recessu
Gens agitat salso quicquid pulsatur ab estu
Phænicum regio est : hi rubro a gurgite quondam
Mutauere domus primiq; per æquora uecti
Lustrauere salum primi docuere carinis
Ferre cauis orbis comertia sidera primi
Seruauere poli populis phænicibus ergo
Vrbs iope sterilis que dehinc habitatur elais
Gazaq; proceris adsurgens undiq; muris
Hic tyrus est opulens & berytus optima byblos
Sidoneiq; lares ubi labens agmine amæno
Cespitis irrigui bostrenus iugera fundit
Nec minus hic tripolis pingui sola porrigit agro
Ortosisq; dehinc attollitur hic marathus stat
Littoris extremi caput altis turribus effert
Laodice & glauci prælambitur æquoris unda
Hic nemorosa uirent daphne loca celsa cupressus
Erigitur ramos innectit laurus odora
Crine dioneo myrtus diffunditur altæ
Consurgunt pinus & cœlum sibila pulsant
Robora mollicomis tellus insternitur herbis
Vrbs mediis apamea dehinc consistit in aruis
Et qua phœbeam procul incunabula lucem
Prima fouente mesus fastigia celsa renidet
Nam diffusa solo latus explicat ac subit auras
Turribus in cœlum intentibus incola claris
Cor studiis acuit sed & amplius imbuit ordo
Deniq; flamicomo deuoti pectora soli

Vitam agitant libanus frondosa cacumina turget
Et tamen his celsi certant fastigia templi
Hic scindit iuxta tellurem glaucus orontes
Nec procul anthiochi uagus interlabit urbem
Perstringens undis apameæ iugera glæbæ
Fertilis hec cespes protenditur aruaq amica
Sunt pecori infestus facilis pomona resurgit
Et fæcunda ceres campo flauescit aperto
Si rursus tepidum uia deflectatur in austrum
Curua sinus arabi succedent æquora propter
Namq arabas syriæq solum sinus iste fluente
Diuidit & tentis procul interfunditur undis
Et tamen eoos paulum inclinatur in axes
Vsq in belligeri confinia flexus helani
Hinc tellus arabum producit cespite campos
Et latera ab gemino sale cingitur abluit estus
Persicus hanc arabumq sinus rigat æquore terras
Hic sua flabra polo spirant nam persicus euro
Turgescit uento zephyro sinus estuat alter
Pars alia in primos qua semet porrigit ortus
Et notus insurgit cum nubifer æquore rubri
Tangitur oceani fœlici terra recumbit
Tota solo tellus hic semper flagrat odoro
Cespite prorumpit lachrimoso stipite myrrha
Myrrha furor quondam memyreius hic ladani uim
Vellera defundant calami coma pullulat almi
Gignit humus casiam concrescunt thura per agros
Longaq fæcundis pinguescit odoribus ora

Vera fides illic femori ſub imagine partus
Dirrupiſſe iouem pęnetralia proderet ortus
Vt ſacer ætherea fulgentem fronte lyeum
Naſcenti baccho riſit pater undiq; fulſit
Cælicolum ſedes conuexaq; pura tetendit
Feſta dies tellus effundit diues odores
Villoſum ſubitis tumuit pecus incrementis
Ver habuere ſuum noua gramina flore frequenti
Pinxit terra ſinus ac nymphis unda cucurrit
Largior in ternis etiam procul undiq; ab oris
Ales amica deo largum congeſſit amomum
Exemplo liber ſubnectit nebride pęctus
Effuſuſq; comas edere ligat inde uirentis
Attollit thyrſos & blandi luminis igne
Hos hilarat totaq; celer diffunditur æthra
Sed propter libanum terrã ſulcant nabatæi
Caulaſii que dehinc agreni rurſus & inde
Cathramis eſt tellus camæ ulciua fluento
Perſidis accedunt rutili contermina ponti
Minei ſabeq; tenent ſuperi impiger ampla
Aequora deſulcat glæbe ditis cletabenus
Plurima præterea gens circumplectit̃ illic
Oram arabum muta ſed degunt agmina fama
Et numerus cunctis inglorius: inde fauoni
Qua plaga fecundos alit almis flatibus agros
Barbara montiuagos tellus extendit erembas
Hi uitam duris agitant in cautibns omnes
Intectiq; artus erepunt ardua ſemper

Culmina ſaxoſum non ollis pabula in uſum
Terra parit glebas abrodunt more ferarum
Ieiunas herbæ nec amicas frugibus ullis
Hinc ultra libani rurſum faſtigia celſi
Lux hyperionio qua ſe ſuſtollit ab ortu
Alterius ſyrie limes iacet uſq; ſinopen
Gurgitis attiguam mediis hic impigra in aruis
Cappadocum gens eſt propter freta turgida rurſus
Aſſyrii iuxta ſunt hoſtia thermodoontis
Et feſtina citis euoluitur unda fluentis
Nec procul attollit qua ſe facis ardor eoæ
Plurimus euphratæ manat liquor iſte feroci
Fuſus ab armenio uaſtum caput exerit antro
Inq; notum primæ protenditur agmine molis
Et matutinos iterum conuerſus in axes
Diuidit inſerto mediam babylona fluento
Inde teredoniæ iuga preter maxima rupis
Perſidis in pontum ſparſo cadit effluus amnis
Nunc ſuper in ſeptem quantũ uia carpitur ortus
Cæſpitis extenti ſpaciis citus æquora tigris
Prona rotans & ſaxa iugis auulſa ſupremis
Et totas late celeri trahit agmine ſiluas
Quin & uaſta palus medio diſtenditur agro
Maximus hanc fluctu tigris intrat aperti
Terga lacus ſtupet unda ſilens taciteq; recumbunt
Aequora thomites ſolidarum deniq; more
Riparum ſtagni facies in ſciſſa quieſcit
Inuectumq; ſibi cohibens altrinſecus amnem

Stat diſcluſa palus ſic elidis incola pontum
Difficit alpheus pelago ſic inſerit undas
Illæſum optate flumen ducens arethuſe
Ergo per & ſtagno uehitur celer amnis aperto
Hoc elapſus item uim proni gurgitis urget
Non alium tantus rapit impetus haud ita quiſquam
Spumeſcit fluctus neq; tentos ulla fragores
Vnda ciet medio quæ tellus funditur agro
Hos inter amnis nomen tenet aut ſinus illam
Flumine præcinctum gemino per aperta locauit
Non qui lanatum longo pecus educat agro
Aut qui cornigeri ductor gregis arua pererrant
Gramina qui paſtor ſinus petit apta capellis
Quiq; cauo ſollers cōmittit ſemina ſulco
Quem pomona iuuat quem ramis eſculus altis
Inlicit & pingui dependens ſubere glando
Bacchia niſei qui palmitis ordine iuſto
Digerit aut tectis ſi quis dolat impiger ornos
Vel ſalis influctus qui cimbam nauita texit
Spreuerit hos ſaltus nihil indiga ſubtrahit ora
Diues humo tellus diues iacet arbore ceſpes
Iſtius in boream quicquid protenditur agri
Armenii & uita duri ſulcant matieni
Qua ſunt flabra noti babylon ſubducitur arce
Procera in nubes hanc priſca ſemiramis urbem
Vallauit muris quos non abſumere flammæ
Non aries penetrare queat ſtat maxima belli
Aula quoq; argento domus indo dente niteſcit

Aurum tecta operit sola late contegit aurum
Ipsa dehinc tellus quæ circumplectitur urbem
Et procerarum fluctu uernat palmarum
Et splendente procul beryllo serta renidet
Hic tamen internis ophietidos arcis in aruis
Inter gemmiferas excrescit creber harenas
Hinc babylona super gemine pro finibus urse
Cissi massabeteq; & chalonita uagantur
At rursum armeniæ si quis pede pergat ab arce
Rupis & eoas gressum producit in oras
Medica prolixos spectabis regna per agros
Horum qui gelidi succedunt plaustra bootis
Pinguia rura tenent sunt illic acrapateni
Sunt geli & mardi tepidum qui rursus ad austrum
Oram habitant scyticæ deducunt semina gentis
Nam medea ferox fuit ollis sanguinis autor
Hec cum pandionis lætum componeret aulæ
Attica qua pulchro tellus pinguescit iliso
Proditur inq; fugam propere conuertitnr exul
Has post in terras pingues subit eetine
Inseditq; locos ueteres accedere colchos
Nulla inerat menti fiducia deniq; ab illo
Mædorum soboli magicæ furor artis inheret
Pars gentis rutilos phæbi quæ spectat in ortus
Saxa habitat saxis excudit narcissiten
Qui propter dumos nemorosaq; rura uagant̃
In pecus intenti crebro grege pascua tondent
Medica se tantos effundit gleba per agros

Caſpia ut extento contingat ceſpite clauſtra
Hec aſiæ dixere fores hiet ore quod illo
Porta quaſi & longas biuium diſcedat in aras
Quippe niuoſa poli qua cardine uertitur arctos
Panditur hircanis hinc ianua ianua perſis
Hinc patet inbriferum qua uergit mundus in auſtrũ
Ecce ſub immenſo portarum uertice parthi
Rura tenent curui ne quicquã uomeris uſus
Sollicitanda ſibi non ollis cura laborq;
Aequora terrarũ grauibus componere raſtris
Exercent ſæui ſe martis ſemper in arma
Sicca comes lateri eſt manus aut haſtilia uibrat
Dimittunt pharetras humeris & lætifer arcus
Semper ineſt leue neq; per compendia diras
Producant animas non puppibus æquora ſulcant
Non proni gregibus pecoris fera uita iuuatur
Sed quatit alipedum ſola ſemper curſus æquorum
Pulſaq; terra gemit diſcurrunt crebra per auras
Spicula miſſilibus late ſubtexitur aer
Quin enam poſt hos amor eſt ſi diſcere perſas
Conſimilis ſollerſq; trahit te cura per orbem
Has quoq; muſa tibi narrabit carmine terras
Quæ liquidis undis uia debeat atq; iugorum
Conſurgat uertex quibus oris arua recumbant
Barbara famoſum qui perſam robur & uſus
Quippe aſianarum primi degunt regionum
Vita opulens genti gazas quoq; terra miniſtrat
Omnibus & largum populis producitur æuum

Diues in his mos est iam longi tempora saecli
Ex quo maeonii bello triuere cruento
Illidunt auro uestes & cuncta teguntur
Auro membra uiris auro uestigia condunt
Tantus persarum dissoluit pectora luxus
Ipsa autem tellus inclusa est montibus altis
Vndiq; in australem latus inclinatior axem
Ac boream longe longe quoq; caspia claustra
Deserit atq; noti placida perfunditur aura
Istius at spaciis finem dat persicus aestus
Incoliturq; solum populis tribus una sub arcto
Pars agit armigeris nimium contermina mardis
Altera per mediae telluris terga uagatur
Porro ad flabra noti pelagus prope tercia degit
Plurima praeterea percurrunt flumina terram
Persidis & rigidas curuant labentia ripas
Arua secat Corus perrumpit arua coaspes
Indica prouoluens procul aequora cuius ad undam
Incola flauentem studio sectatur achatem
Nam cum brumalis ceciderunt sidere nimbi
Imbribus & coelo fusis furit auctior amnis
Hos lapides late flumen trahit undiq; tellus
Circumuecta dehinc leti uiret ubere campi
Sed qua caeruleam sinus infert persicus undam
Gens carmanorum late colit hunc facis ortus
Vrit phaebeae tanto quoq; funditur agro
Vt simul & glauci contingat gurgitis aestum
Et procul internae perreptet iugera terrae

Hos super est tellus tendit gedrosia glæbam
Oceani uicina fretis & flumen ad indum
Auroreq latus scyta miti proximus austro
Adcolit australis certe scyta dicitur iste
Namq alii dura pulsantur desuper arcto
Indus caucasiæ prorumpens rupis ab antro
Aduersum pelago rubri procul æquoris amnem
Porrigit inq notum recto fluit agmine aquarū
Ora dehinc indo duo sunt mediumq per agrum
Insula se uasto fundit tergo patalene
Innumeras idem dispersit flumine gentes
Oritas aribasq & ueloces arachotas
Et sagam infidum uel qui per inhospita late
Discreti populi discreti finibus agri
Arua agitant uno sed nomine sunt arieni
Hi quamquā steriles decurrant semper harenas
Munera nec carpant cærealia nec noua prælo
Musta premant fuluo tamen inuenere corallo
Pandere uiuendi cōmertia quærere pulchre
Sapphiri latebras & preduros adamantas
¶ Calliope indorum populos & regna canamus
Vltima terrarum tellus aspergitur indi
Fluctibus oceani primā coquit hanc radiis sol
Sol hyperionios sol magni gratia mundi
Astrorum genitor lucis sator & uigor ethræ
Sed genti indorum teter color: efflua semper
His coma: liuentes imitantur crine iacinthos
Pars subit abrupta sola cespitis aurea ut illis

Terrarum in latebris excludunt caute metalla
Pars telas statuunt & uestimenta laborant
Lintea: pars indi procurat segmina dentis
Atq; ebur inuigilant multi qua flumina nimbis
Auget hyems uastum ut late trahat agmen aquarum
Albas & celso se uincant æquore ripas
Pallantes obeunt beryllum prona fluenta
Nec procul internis a finibus aut adamanta
Detulerint his glauca dehinc tornatur iaspis
Nec minus & baccas alii prope marmora curuis
Excudunt conchis pars rursum diuite cura
Herbosi lapidis uenas fodit hiq; rubore
Suffusas blando quærunt campis ametystos
Horum duces enim tellus est indica semper
Et tali scrupu cespes tumet amnibus autem
Fertilis irriguis crebro prælambitur ora
Extendunt celsi uaga late brachia luci
Et uernat nemorum semper coma: nunc tibi formã
Terrarũ expediam nunc carmine flumine fabor
Nunc rigidos montes nunc multe deniq; gentis
Absoluam populos latera agris undiq; in indis
Quattuor esse tene coeant tot & anguli ab omni
Parte sibi obliquo claudentes extima terræ
Ceu species rhombo est zephiri de partibus indus
Gurgitis occursu fit cesæ terminus ore
Axe noti rubri late salis obiacet unda
Flumen item ganges fit limes cespiti eoo
Adq; lycaonia consurgit caucasus arcto

Aequore qua fuso laticem prouoluitur indus
Dardanidum gens est ubi magnus sorbet hydaspes
Delapsum summa saxorum mole acesinen
Tercius amnis item secat agri proxima cophes
In medioq; sabe sunt cespite gens quoq; scodri
Propter agit populisq; dehinc uelut ordine facto
Peucaleum longas exercent uomere terras
Gargaride rursum gens hec obnoxia baccho
Et glæbam sulcant & ritibus orgia ludunt
Hic hipanis lateq; trahens uaga terga megarsos
Magnus utrumq; modi dimittitur hermodoontis
Rupe procul fuluum prouoluunt fluctibus aurum
Nec minus hic campos intrant gangetidis oræ
Quæ per flabra noti fuso distenditur agro
Vtq; incelsa iacens confinia collidis arcis
Colis ipsa dehinc cætosi uergit in æquor
Oceani tantoq; iugo subit ætheris auras
Arceat alituum subducta ut rupe uolatum
Sed circum gangem regio est deuota lyeo
Perpetuiq; sacri talis narratur origo
Indorum in populos fatalia liber agebat
Prælia uipereo late bellona flagello
Increpat & magno tremuerunt regna pauore
Insistente deo uenit ergo ad flumina gangis
Discursuq; sacræ præludit prælia liber
Mænades extemplo maculose nebridis usum
Permutant clypeis uiridiq; hastilia thyrso
Succedūt soluunt properantes lintea bacche

Vincula uiroso pectus iunxere dracone
Pro molli uitta prorepunt crine chelydri
Excitoque ferus persultat in agmine mauors
Dux aquilas in bella rapit tremit indica tellus
Pressa pede & toto tonuerunt classica coelo
Ergo & nyseos dixit gens rite recessus
Et stata sollicito deducunt orgia ritu
Ipse dehinc diros & liber perculit indos
Hæmodii uictor conscendit uerticis arces
Effusamque salo gentem procul aspicit omnem
Ima iuga ex tantis uestigia gurgite canent
Oceani eoi prætento denique bacchus
Littore & extrema terrarum uictor in ora
Ducit laurigeros post indica bella triumphos
Erigit & geminas telluris fine columnas
Inuisitque dehinc ismeni fluminis undam
¶ Has tantum gentes cõmendat fama per orbem
Vile aliæ uulgus pecorum uice terga pererrant
Cespitis abiecti non his aut gloria forti
Parta manu est aut clara decus peperere metalla
Terrarum uaenis habitant ignota locorum
Semper inexpertes famæ per inhospita degunt
Arua procul nullis sunt digne denique musis
At tu phæbe pater uos clare turba camænæ
Nominis aonio famam inspirate labori

VIENNE
Cuspinianus neuos & verrucas sustulit
Winterburger impressit anno M D viij